

pensis, et capit. In archiepiscopatu, De raptor; Pellegrin. loco cit., n. 67; Ventrigl., loco cit., n. 46; Barbosa, loco cit., n. 120; Rebuff. loco cit., tit. De forma vicar., n. 44 cum sequentibus, et alii.

(81) Neque sine speciali mandato potest condemnatum reum absolvere. Ripa, in leg. Qui condemnare n. 9, vers. Sed certe, ff. De re judic.; Menoch., De arbitrar. judic., lib. I, q. 49, nom. 28; Sbroz, lib. II, q. 38, n. 1, et qu. 156, n. 4; Barbosa, l. c. n. 118; Pellegrin., l. c. n. 63. Sive, ut dicitur, non potest gratiam facere et indulgere delinquentibus, nam id sapit liberalitatem, et non venit in generali mandato: card., in Clement. 1, n. 19, De officio vicarii; Rebuff., in Praxi benef., tit. De forma vicariat. archiepisc., n. 167; Sbroz, lib. II, q. 38, n. 4; Ventriglia, l. c. n. 46; Pellegrin., l. c. n. 65, et alii

(82) Neque sine speciali concessione potest exercere potestatem doctorandi, quam habet episcopus ex privilegio; secus si illi competet jure communis: Sbroz, De vicar. episcop. lib. II, qu. 29, n. 8; Merol., Opusc. moral., in p. c. 6, dub. 16, n. 164 et seq.; Ventriglia, loc. cit., n. 46, et alii.

(83) Neque sine speciali commissione potest exseque pias defunctorum voluntates. Bald., in l. Nulli, n. 8, cod. De probat. et in c. Cum causis, De election.; Tiraquell., De privileg. piae cause, privileg. 31, in fine; Sbroz, lib. II, q. 49, n. 12 et q. 50, n. 1 et q. 51, n. 1; Barbosa, loc. cit., n. 104; Pellegrin., loc. cit., n. 54 et alii.

(84) Ad dignoscendum autem pro quibusnam causis habeat, vel non, speciale mandatum, debet diligenter inspicere, et attendi forma vicariatus, seu instrumentum commissionis, quo quis institutus fuit vicarius generalis, ubi si habeatur solita apponit clausula generalis: « ad omnia et singula faciendo et omnitem, etiamsi majora fuerint, et quae mandatum exigant speciale, prout ad ipsius vicariatus et officiis officium noscitur quomodolibet pertinere, » etc., tunc si episcopus antea concessit vel expressit aliquos casus speciale mandatum requiri, adjecta postmodum dicta clausula, poterit vicarius etiam alia facere, quae requirunt speciale mandatum. Dummodo non sint graviora vel majora expressis, prout in simili habetur decisum quoad procuratores in cap. Qui ad agendum 4, De procuratoribus in 6, et Clementin. 2, De procuratoribus, ac nota Glossa pluribus adductis in capit. Licet. 2, verb. Committantur, De officio vicarii in 6, et tenent Hostiensis in capit. Significasti, De officio archidiaconi, Covarrubias, l. 1 Variar. resolut., capit. 1, n. 2, et lib. II, cap. 5, n. 8; Sbroz lib. I, q. 65, n. 5, et q. 67, n. 3. Garcias, De benefic., art. 5, cap. 8, n. 63; Sanchez, De matrim., lib. III, disput. 29, n. 8; Moneta, De commutat. ultim. volunt., cap. 5, n. 679; Engel, lib. I Decretal., titul. 28, n. 10; Reiffenstuel, ibid., n. 89; Barbosa, loc. cit., n. 124; Pellegrin., l. c. n. 71, et alii notantes non esse necesse, quod omnes supradicti casus expri-

mantur in forma vicariatus, seu instrumento commissionis, sed sufficere quod aliqui tantum exprimantur cum praedicta clausula generali: Ad omnia, et singula, etc., seu cum alia simili, verb. grat.: « Et omnia alia, licet mandatum exigant speciale, » seu; « Et omnia alia, quae ego possum, quamvis mandatum exigant speciale: » dummodo tamen, ut supra dictum est, ipsa alia non sint graviora, vel majora expressis.

(85) Vicarius generalis non potest luerari distributiones, nisi choro inter sit, quia servit episcopo, et non Ecclesiæ, ut vicarius capitularis: Rota, decis. 222, n. 5, part. II diversarum, etiamsi ab immemorabili tempore servatum fuerit, ut debeantur, ut decisum refert Garcias, addit. ad cap. 2, n. 359 cum seq., part. III, De benefic., et Pellegrin., loco citato, sect. 4, subsect. 4, n. 9. Vide verb. DISTRIBUTIONES, art. 2, n. 2.

(86) Vicarius generalis non potest absolvire etiam cum reincidentia occasione infirmitatis seu similis causæ, a censuris incursis ob violatam immunitatem et libertatem, ac jurisdictionem ecclesiastican, et acriter reprehenditur ob absolucionem datum ministris Audientiæ Regiæ censuratis simili de causa. Sac. cong. Immun. in una S. Marc. 13 Decembris 1633, lib. II Decret. Paul., pag. 180, et in Squillac. 20 Novemb. 1640, lib. Decret. Pauluc., pag. 135.

(87) Attamen eidem datur aliquando facultas absolvendi violatores prefatos. Sac. cong. Immun. in Aprutina. 23 Maii 1694, lib. I Decretor. Vallem., pag. 125.

(88) Et etiam aliquando datur facultas eidem subdelegandi pro conferenda absolutione. Sac. congr. Immun. in Viterbiæ. 9 Junii, dicto anno et lib., pag. 128.

(89) Emolumenta vicariatus debentur vicario pro tempore sue absentie ex causa defensionis immunitatis ecclesiasticae, dempta parte debita substituto pro rata laboris taxanda ab episcopo. Sac. cong. Immun. in Majoricen. 27 Septembris 1616, lib. Decret. Rocci, pag. 361.

(90) Vicarius generalis, si non adest justa causa, et demeritum, non est removendus per archiepiscopum ab officio. Sac. cong. Immunitatis in Brundusina 7 Junii 1633, lib. II Decretor. Paul., pag. 158.

(91) Quando vero vicarius generalis est scandalosus, injungitur episcopo ut ipsum removeat. Sac. cong. Immun. in Aceren. 1 Octobris 1659, lib. II Dec. Altov., p. 406.

(92) In loco vicarii suspecti in causa detentorum pro praetento homicidio, episcopus deputet personam idoneam non suspectam. Sac. cong. Immunitatis, in Aversana 8 Octobris 1637, lib. Decret. Rocci, pag. 37.

(93) Procedere debet auctoritate sua ordinaria ser. ser. contra violatores Immunitatis. Sac. congr. Immunitatis, in Aversana 4 Septembris 1638, d. lib., pag. 53.

(94) Vicarius collegii Græci potest procedere pro defensione immunitatis et jurisdictionis ecclesiasticae, licet non possit se ingerere in concorrentibus extractionem vel absolucionem. Sacra cong. Immun. in

Meliten. 23 Martii 1638, lib. III Decret. Paul., p. 57.

(95) Vicarius data preventione curiæ ecclesiasticae procedere potest ser. ser. contra judicem laicum, si in dicta causa procedat ad descriptionem bonorum. Sac. cong. Immun., in Derton. 10 Sept. 1652, lib. V Decr. Paul., pag. 197.

(96) Eadem injungitur, ut procedat contra executores curiæ laicalis, qui tentarunt violenter extrahere ab ecclesia confugitos, eosque percosserunt. Sac. cong. Immun., in Sutrina 29 Augusti 1695, lib. Decr. Vallem., p. 210.

(97) Injungitur vicario, ut se abstineat a permissione examinandi testes in loco immuni in causis criminalibus. Sac. cong. Immun., in Lauden. 16 Maii 1632, lib. II Decr. Paul., pag. 127

(98) Vicarius tamen generalis cum facultate Sanctissimi examinat mulierem existentem in conservatorio. Sac. cong. Immun., in Faventina, 6 Dec. 1692 lib. II Decr. Vallem., pag. 9.

(99) Vicario generali injungitur, ut attenta absentia episcopi, redeat quamprimum ad suam residentiam. Sac. cong. Immun., in Bictecten. 27 Febr. 1693, lib. Decret. Vallem., pag. 475.

(100) Vicarius bene agit non parendo litteris ad audiendum verbum regium. Sac. cong. Immun., in Catacen. 21 Septembris 1633, lib. II Decret. Paul., pag. 171.

(101) Idem respondeat litteris regiis se procedere auctoritate sua ordinaria ad defensionem immunitatis ecclesiasticae sibi a sacra congregatio demandatam. Sac. cong. Immun., in Bovinen. 26 Febr. 1658, lib. Decr. Rocci, pag. 63

(102) Idem ob inobedientiam et transgressionem mandatorum Sanctissimi de non discedendo ab urbe Neapolis et de non relinquendo exercitio sui vicariatus ex quacunque causa, etiam positis quibuscumque minis, et praecipitis ministrorum laicorum in contrarium, de ordine Sanctissimi a nuntio auctoritate sua ordinaria condemnatur in poenam suspensionis ab exercitio ordinum, et inhabilitatis ad dignitates, beneficia et officia ecclesiastica eujusvis generis, quoque loco, a quibuscumque, et quomodo cum in posterum obtinenda, sub poena excommunicationis Summo Pontifici reservata, et quoque Sanctitati Suæ placuerit. Sac. cong. Immunitatis in Neapolitana 26 Maii et 19 ac 30 Junii 1660, lib. Decret. Rocci, pag. 257 et 259.

(103) Injungitur vicario generali ordinanti et scandalose assistenti extractioni canonicorum a loco immuni, ut accedat ad Urbem, et se justificet, quatenus vero non se justificet, inhabilitatur ad officia. Sac. cong. Immun., in Motulen. 2 Sept. 1681, lib. II Decr. Altov., pag. 2250.

(104) Vicarius Nullius Orbetelli, nequit extrahere confugitum ab ecclesia, cum non possit hoc præstare ordinarii episcopis inferiores. Sacra cong. Immunitatis, in Nul-

lius Orbetelli, 1669, I. II Decret. Altov., p. 315.

(105) Vicarius generalis ob extractionem a se ordinatam furum a loco immuni incidit incensuras, et previa abolitione actorum sue curiæ conceditur, ut absolvatur privatim. Sac. cong. Immun., in Recinaten. seu Laurentana 20 Maii 1596, lib. II Decret. Vallem., pag. 25.

(106) Vicarius generalis ordinans carcerationem parochi in loco immuni suspenditur ab officio arbitrio sacre congregationis. Eadem sacra congregatio Immun., in Alben. 12 Septembris 1684, lib. III Decr. Altov., pag. 363.

(107) Verum si habeat facultatem a Sanctissimo extrahendi ab ecclesia, potest ad simplicem correctionem extrahere militem delinquentem, et in carceribus retinere pro aliquo modico tempore. Sac. cong. Immun., in una Nullius Orbetelli 21 Jun. 1644, lib. III Decr. Paul., pag. 230.

(108) Aliquando etiam de mandato Sanctissimi datur vicario generali facultas extrahendi ad annum. Sac. cong. Immun., in Neapolitana 19 Maii 1703, lib. III Decret. Vallem., p. 409.

(109) Vicarius generalis canonici ob datum gubernatori regni Corsicae facultatem extrahendi confugitos a quacunque ecclesia, et etiam ecclesiasticos, eosque nomine Ecclesiæ custodiendi et cogendi ad solutionem condemnationum ipsius factarum ab ipso vicario acriter punitur de mandato sacre congregat, ut sequitur:

« I. Prævia suspensione a divinis, et perceptione fructuum canonici. Sac. cong. Martelli, pag. 567.

« II. Deinde in honorem festivitatis D. N. sacra congregatio permittit episcopo illum reintegrare ad exercitium ordinum per duos menses, et informet, an fructus eius canonici fuerint sequestrati? Item si, et quæ damna passi fuerint extracti vigore dictæ facultatis ab eo concessæ. Sac. cong. Immunitatis in eadem 19 Decembris dicti anni, et lib. pag. 701.

« III. Et cum postea idem supplicasset reintegrari, sacra congregatio respondit: Satisfacta parte de damnis coram episcopo liquidandis, eumdem reintegret ad ordines cum inhabilitate exercendi munus vicarii in quacunque diocesi. Sac. cong. Immunitatis, in eadem. 11 Decembris 1691, lib. Decret. Grimaldi, pag. 58.

« IV. Tandem habito novo recursu pro gratia, allegata præsertim ejus decrepita ætate, sacra congregatio pronuntiavit: facto deposito arbitrio, et præstata cautione in urbe de reficiendis damnis liquidandis coram Domino ponente, reintegretur ad ordines, et fructus præbendæ, firma remanente inhabilitate ad officium vicariatus. Sac. cong. Immunitatis, in eadem. 24 Decembris 1682, lib. I Decr. Vallem., pag. 14.

(110) Contra vicarium generalem, qui habuit recursum ad proregem pro delegatione judicis laici contra clericos, a quo carcerati fuere, episcopus Neocastren., tanquam delegatus, et ut vicinior procedat ad ulteriora,

et transmittat. Sac. cong. Immunitatis, *in una Nullius S. Euphemiae* 2 Junii 1693, *ibid.* pag. 40.

(111). Vicarius generalis episcopi uxoratus mandans carcerationem ecclesiastici consultat conscientiae suae et carceratio non sustinetur. Sac. cong. Imm., *in una Civitatis Castelli* 29 Novembris 1680, lib. II *Decret.* Altov., p. 289.

(112). Vicarius generalis, satisfacta parte, absolvat, juxta suas ordinarias facultates committentes homicidium in loco immuni auctoritate privata. Sac. cong. Imm., *in Carraten.* 1 Octobris 1669, lib. I *Decr.* Altov., pag. 406.

(113). Eidem datur facultas perquirendi et extrahendi ab ecclesia, et a domo plebani, et a quoconque alio loco immuni (exceptis monasteriis sanctimonialium) libros, ac mobilia ibi transfugata in aliorum præjudicium, ac res furto sublatas. Sac. cong. Imm. *in Faventina* 6 Decembris 1692, lib. I *Decret.* Vall., p. 9, et *in Camerinen.* 17 Decembris. dicto ann. et lib. pag. 11.

(114). Injungitur eidem, ut abstineat a cognitione causæ contra filium cancellarii episcopalis. Sac. cong. Imm. *in Ariminien.* 6 Junii 1662, lib. *Decret.* Rocci, pag. 403.

ADDITIONES EX ALIENA MANU.

(115). Amplissima est materia hujus articuli, de ea pro dignitate agere haud patiuntur angusti limites Additionum. Satis sit indicare, qui de ipsa accurate præceteris disserit. *Vide clarissimum Ducasse, in Prax. jurisdiction. ecclesiast. voluntar. et contentios.* In priori tomo agit doctissimus hic auctor de voluntaria jurisdictione vicarii generalis, et in posteriori tomo de contentiosa ejusdem jurisdictione, et quidem meo judicio doctissime.

ARTICULUS III.

Quoad ea quæ concernunt locum, præcedentiam et modum quo exspirat vicarii generalis jurisdiction,

Hæc speciatim habeto.

(1). Locus vicarii generalis debet esse secundum consuetudinem Ecclesie, quæ non est mutanda. Sacra cong. Rituum, *in Alexandrina* 15 Martii 1668, in respons. ad 3 dub., apud Barbosam, *in Summa Apostolicar. decision.* collectan. 714, n. 1.

(2). Vicarius generalis non potest sedem arbitrio suo sibi parare, sed debet sedere in sede solita pro vicario assignata. Sac. cong. Rit., *in Neritonen.* 4 Maii 1606, apud Barbosam, *loc. cit.* n. 2, et Ventrigliam, tom. II, adnot. 14, § 2, n. 7.

(3). Vicarius generalis, licet sedeat in primo stallo chori, in quo sedere debet prima dignitas, et habeat thuris et pacis honorem ante omnes dignitates, et canonicos, non propterea dicitur occupare stallum, sive locum dignitatum et canonicorum. Sac. cong. Rituum *in Placentina* 19 Maii 1607, in responsione ad dub., apud Barbosam, *loc. cit.* n. 3.

(4). Vicario generali occupante primum

locum chori et stallum archidiaconi, quomodo sedere debeant dignitates in choro, ne archidiacono præjudicium inferatur? *Vide supra* verb. *VICARIUS APOSTOLICUS*, n. 30.

(5). Vicario generali non licet occupare locum episcopi absentis, nec parare sibi sedem cum tapetis, et pulvino, sed idem debet esse ejus locus, absente episcopo, quem illo præsente habere consuevit. *Sacra congr. Rituum, in Brundusina* 16 Julii 1605, apud Barbosam, *loc. cit.* num. 5, et *Ventriglia, loc. cit.* n. 7.

(6). Vicarius generalis præcedit capitulo, et clero. *Sacra cong. Rit. in Meliten.* 15 Julii 1619, apud Bar., *loc. cit.* n. 6.

(7). Vicarius generalis, absente episcopo, debet habere primum locum super omnes dignitates et canonicos, non obstantibus consuetudinibus, aliisque in contrarium. *Sac. cong. Rituum in Adrien.* 7 Augusti 1610, *in Ferrarien.* 20 Decembris 1614, apud Barbosam, *loc. cit.* n. 7.

(8). Vicario generali habitu vicarii in processionibus incendi danda est præcedentia super omnes dignitates et canonicos, et etiam super illas dignitates, et canonicos, qui habitu protonotarii incedunt. *S. cong. Rit. in Brundusina* 16 Julii 1603, apud Barbosam, *loc. cit.* n. 8.

(9). Vicarius generalis debet præcedere omnibus canonicis, tam in processionibus quam in sessionibus; dummodo canonici non incedant parati. *Sac. cong. Rituum, in Egitanien.* 3 Augusti 1602, in responsione ad 3 dub., et *Civitatis Pennæ* 12 Aprilis 1603, et *in Tiburtina* 6 Martii 1515, apud Barbosam, *loc. cit.* n. 9.

(10). Vicarius generalis canonicus, cum sedet uti canonicus, debet sedere in loco suæ receptionis, et in habitu canonicali. Si vero velit præcedere uti vicarius, debet habitum canonicalē dimittere. *Sac. cong. Rit. in Compostellana* 4 Febr. 1600, et *in Vulturianen.* 11 Aprilis 1601, apud Barbosam, *loc. cit.* n. 10.

(11). Vicarius generalis in habitu suo ordinario non debet incedere inter canonicos paratos, nec eis præcedere. *Sac. Rit. cong. in Camerinen.* 14 Junii 1608, et *in Casalen.* 5 Julii 1614, apud Barbosam, *loc. cit.* n. 11.

(12). Vicarius generalis debet habere primum locum ante capitulum, canonicos et dignitates, tam præsente, quam absente episcopo; si autem sit canonicus, debet sedere in proprio stallo, et cum habitu canonicali, alias non lucratur distributiones quotidianas. *Sac. cong. Rit. in Egitanien.* 10 Dec. 1601, et *in Sutrina* 1 Octobr. 1616, et *in Oritana* 5 Aprilis 1620, et *in Gallipolen.* 21 Decembris 1613, apud Barbosam.

(13). Vicarius generalis præfertur archidiacono, et omnibus canonicis, nisi ipse simul sit canonicus, qui tunc sedere debet in suo stallo canonicali, si distributiones quotidianas lucrari velit. *Sac. cong. Rit. in Nolana* 8 Julii 1602, et *in Civitatis Pinnæ* 12 Aprilis 1603, et *in Compostellana* 14 Fe-

bruarii 1604, et *in causa Candiæ* 7 Augusti 1610, apud Barbosam, *loc. cit.* n. 13.

(14). Vicarius generalis canonicus, præsente præposito suo principali, et in omnibus actibus Capitularibus, et quandoconque distributiones quotidianas lucratur, debet stare vel sedere, et incedere in suo loco canonicali; absente vero præposito, tanquam vicarius generalis in primo et digniori loco. *Sac. cong. Rit. in Altinen. Nullius,* 4 Martii 1606, apud Barbos., *loc. cit.* n. 14.

(15). Vicarius generalis canonicus, sive beneficiatus, debet sedere in loco suæ receptionis, et cum habitu canonicali sive beneficiati, ut lucretur distributiones, et quando vult præcedere canonicalis seu beneficiatis, debet habitum canonicalē, seu beneficiati dimittere, et non potest percipere distributiones. *Sac. cong. Rit. in Calaguritana* 2 Aug. 1603. Nec lucratur distributiones quæ dantur interessentibus processionibus, nisi incedat in habitu canonicali. *Sac. cong. Rit. in Compostellana* 21 Februario 1604, et *in Brundusina* 15 Julii 1607, apud Barbosam, *loc. cit.* n. 15.

(16). Vicarius generalis, licet etiam ipso episcopo præsente, in ecclesia, choro, processionibus, synodo, et aliis publicis et privatis actibus, canonicalis et dignitatibus præcedere debeat, tamen hoc intelligitur, quotiescanonici et dignitates hujusmodi in habitu canonicali, etiamsi cappa et rochetto utantur, stare, aut incedere consueverunt, non autem si pluviali, planetis, aut aliis sacris paramentis juxta cuiusquam ordinis gradum sint induti, prout in distributione candelarum in die Purificationis, et in receptione cinerum feria quarta Cinerum, et similibus diebus, quibus episcopus solemniter celebrare ex ritu ecclesiastico teneatur: tunc enim non decet ut vicarius, præsentis in suo quotidiano habitu existat eisdem sacris vestibus paratus, sive stando, sive incedendo præcedat. *Sacra congregatio Rituum in Lauretana et Nolana* 23 Martii 1602, et 6 Septembris 1603 et *in Tiburtina* 6 Martii 1610, et *in Metropolitana* 7 Augusti 1628, apud Barbosam, *loc. cit.* n. 6.

(17). Vicarius generalis licet præcedat omnibus dignitatibus et canonicis, tamen ratione paramentorum in distributione candelarum et palmarum non debet habere locum digniorem, quam canonicī parati; in adoratione vero crucis, et quandoconque canonicī non sunt parati, digniorem locum habet immediate post celebrantem, et similiter thurificandus est ante canonicos, nisi sint parati, quia tunc post canonicos est thurificandus. *Sacra congregatio Rituum, in Placentina,* 19 Martii 1607, in resp. ad 6 dub. et *in Alexandrina* 25 Martii 1608, in resp. ad 1 dub. Et quod in adoratione crucis præferendus sit vicarius generalis ante dignitates et canonicos, censuit ead. sac. cong. Rit. *in causa S. Marci* 4 Martii 1633, apud Barbos., *loc. cit.* n. 17.

(18). Vicarius generalis non præcedit dignitatibus et canonicis paratis, consuetudine in contrarium non obstante. *Sacra congrega-*

tatio Rituum in Lauretana 6 Septembris 1603, et *in Casalen.* 2 Julii 1614, et *in Castellaten.* 25 Septembris 1621, apud Barbosam, *loc. cit.* n. 18.

(19). Vicario generali præcedunt canonici sacris vestibus induiti, qui assistunt episcopo celebranti. *Sac. cong. Rit. in Nepesina* 27 Febr. 1610, apud Barbosam, *loc. cit.* n. 19.

(20). Vicarius generalis canonicus in funeralibus debet cum canonicis in suo loco incedere, alias non lucratur ceram, nec distributiones. *Sac. cong. Rit. in Nicien.* 20 Maii 1604, apud Barbosam, *loc. cit.* n. 20.

(21). Vicarius generalis præsente episcopo, in die Purificationis non debet accipere candelam ante canonicalum, vel dignitatem, qui episcopo ministravit. *Sacra congreg. Rituum in Lucerina* 14 Maii 1600, in resp. ad 3 dub. apud Barbosam, *loc. cit.* n. 21.

(22). Vicarius generalis non est prælatus, licet absente episcopo, cum in suo habitu ordinario cum subtana, et mantelletto nigro sedeat in choro in primo loco supra canonicos, thurificandus est dupli, non autem triplici ductu thuribuli. *Sacra congr. Rit. in Nepesina* 15 Januar. 1627, apud Barbosam, *loc. cit.* num. 22.

(23). Vicarius generalis thurificandus est, et debet accipere candelam, palmam et cineres, et adorare crucem ante, vel post capitulum juxta Ecclesie consuetudinem. *Sac. cong. Rit. in Neocastren.* 16 Januarii 1607, et *in Alexandrina* 13 Martii 1608, apud Barbosam, *loc. cit.* n. 23.

(24). Vicarius generalis in spiritualibus juxta Ecclesie laudabilem consuetudinem debet semper in omni loco præcedere gubernatori civitatis in temporalibus, tam præsente, quam absente episcopo. *Sac. Rit. congreg. in Ravennaten.* 28 April. 1607, apud Barbosam, *loc. cit.* num. 24.

(25). Vicarius generalis debet præcedere omnibus potestatibus, commissariis sive judicibus temporalibus in sua diœcesi existentibus. *Sacra congreg. Rit. in Nucrina Saxoferrati,* 15 Maii 1610, apud Barbosam, *loc. cit.* n. 25.

(26). Vicarius generalis episcopi debet præcedere commissario ubique, et in omni loco, tam præsente quam absente episcopo, non obstante consuetudine; dummodo non sit de gremio capituli, et incedat in habitu canonicali. *Sacra congreg. Rit. in Reatina,* 18 Maii 1616, et die 19 Januarii 1619, et *in Terracin.* 10 Aug. 1617, apud Barbosam, *loc. cit.* n. 16.

(27). Vicarius generalis jurisdictio exspirat: primo, per propriam ipsius renuntiationem expressam, vel saltem tacitam, ut si vicarius diœcesim sui vicariatus egrediatur et in longinquâ abeat animo non amplius revertendi, tunc enim tacite renuntiasse censeatur. *Communis.*

(28). Secundo, exspirat ejus jurisdictio per remotionem seu revocationem ipsius ab episcopo factam; episcopus enim potest ad sui libitum, quotiescumque voluerit, vicarium generalem amovere. *Arg. cap. Omnis*